

thesaurum in caelo. & ueni sequere me; **C**um audisset  
autem adulescens uerbum. abiit tristis. erat enim habens  
multas possessiones; ih̄s autem dixit discipulis suis; Amen  
dico uobis. quia diues difficile intrabit in regnū caelorum;  
& iterum dico uobis; facilius est camelum per foramen acus  
transire. quam diuitem intrare in regnum caelorum;  
Auditas autem his discipuli. mirabantur ualde dicentes;  
quis ergo poterit saluus eē. Aspiciens autem ih̄s. dixit eis;  
Apud homines hoc impossibile est. apud d̄m autem omnia  
possibilia sunt; Tunc respondens p̄tr̄us dixit ei; Ecce nos  
reliquimus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nob̄.

**I**h̄s autem dixit eis. Amen dico uobis; quod uos qui secuti  
estis me. in regeneratione cum sederit filius hominis in  
sede maiestatis suae. **S**edebitis & uos super sedes duode-  
cim. iudicantes duodecim tribus isrl̄. **E**t omnis qui reli-  
quit domum. uel fratres. uel sorores. uel patrem. uel ma-  
trem. uel uxorem. uel filios. uel agros propter nomen  
meum; centuplum accipiet. & uitā aeternā possidebit;

**QUILIBET AUTEM ERUNT PRIMI & NOUISSIMI** / xx.

uissimi. & nouissimi primi. **S**imile est enim regnū caelo-  
rum homini patri familias. qui exiit primo mane condu-  
cere operarios in uineam suam; Conuentione autem facta  
cum operariis ex denario diurno. misit eos in uineam suam;  
Et egressus circa horam tertiam. uidit alios stantes in  
foro otiosos. & illis dixit; h̄e & uos in uineam. & quod  
iustum fuerit dabo uobis; illi autem abierunt; Iterum  
autem exiit circa sextam & nonam horam. & fecit similit̄;  
Circā undecimam uero exiit. & inuenit alios stantes.  
& dicit illis; Quid hic statis tota die otiosi? dicunt ei in foro  
quia nemo nos conduxit; Dicit illis; h̄e & uos in uineam;

Thexv  
L. cxxv  
L. cxxv

Thexvi

5

Thexvii  
L. cxxvii

Thexviii  
L. cxxviii

Thexx  
L. cxxx

Thexxi  
L. cxxxi

Thexxii  
L. cxxxii

Thexxiii  
L. cxxxiii

Thexxiv  
L. cxxxiiii

Thexxv  
L. cxxxv

Thexxvi  
L. cxxxvi

Thexxvii  
L. cxxxvii

Thexxviii  
L. cxxxviii

Thexxix  
L. cxxxix

Thexxx  
L. cxxx

Thexxxi  
L. cxxxxi

Thexxxii  
L. cxxxii

Thexxxiii  
L. cxxxiii

Thexxxiiii  
L. cxxxiiii

Thexxxv  
L. cxxxv

Thexxxvi  
L. cxxxvi

Thexxxvii  
L. cxxxvii

Thexxxviii  
L. cxxxviii

Thexxxix  
L. cxxxix